

OLAUS NORVEGIAE REX.



Laus illustri familia apud Septentrionales Germanos prognatus, sua uirtute tandem effecit ut Noruegianoru rex crearetur, Anno Chri sti 1000. Is cum rex cognitione insignis esset ignarum legis populum & passim agresti more uiuentem legibus salubriter æditis, ad melioris uitæ habitum perduxit, quarum uetus monumenta plebs Noruegica adhuc præsenti ueneratione complectitur. Nec minus in Deum uenerabilis extitit, atque religionem in primis obseruauit. Cum is quandoque die Dominica cultello fustem secuisset, atque ab his quæ astarent solutæ à se per ignoratiæ religionis fuisset admonitus, continuò dexteram tuam, quæ errarat, igni admouit, ac mirum in modum eam excruciauit. Adeo scrupuloso cultu leuia quoq; religionis momenta antiquitus obseruauit. Ab eodem quoq; pauperibus protectio, pupillis tutela, sacerdotibus ueneratio, & iniuria lacessitis subsidium dabatur. Hinc factum ut frequens huius regis mentio etiamnum apud eius regionis homines fiat, Sax.lib.10.